

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Band: 20 (1864)

Artikel: Urkundliche Aehrenlese aus den fünf Orten

Autor: Schneller, J.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111785>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 23.11.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

IX.

Urkundliche Aehrenlese aus den fünf Orten.

Mitgetheilt von J. Schneller, Vereinsvorstand.

1.

1233, 27 Aprils.

(Archiv St. Urban.)

Gregorius Episcopus seruus seruorum dei, Dilectis filiis . . Ab-
bati et Conuentui Sancti Urbani cisterciensis ordinis Constan- | tiensis
diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis peti-
tur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam | ordo
exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum per-
ducatur effectum. Ea propter dile- | cti in domino filii vestris justis
precibus inclinati, personas vestras et monasterium Sancti Urbani,
in quo diuino estis | obsequio mancipati, cum omnibus bonis que
in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis |
prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protec-
tione suscipimus; Specialiter autem Grangiam | de Habechenesheim
cum omnibus suis pertinentiis, in Detwil, in Langatun, in Vren, in
Ruti, et in Ruswile | predia cum suis pertinentiis; terras quoque,
possessiones, redditus, et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac |
pacifice possidetis, uobis et per nos dicto Monasterio auctoritate
apostolica confirmamus, | et presentis scripti patrocinio communi-
mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi- | nam nostre
protectionis et confirmationis infringere, uel ei ausu temerario con-
traire. Si quis | autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli | Apostolorum eius se
nouerit incursum. Datum Laterani v. Kal. Maij. Pontificatus nostri
Anno Septimo.

Das Sigillum plumbeum hängt.

2.

1240.

(Archiv Engelberg.)

Uniuersis presens scriptum inspecturis, Waltherus miles de Hunaberc, et Petrus filius eiusdem, rei geste noticiam. | Quoniam singulis fragilis est memoria, nec rerum turbe sufficit, adhibita sunt remedia scripturarum, ne lites iudicio uel concordia | terminare in recidive contentionis scrupulum relabantur. Nouerint igitur uniuersi tam presentes quam posterius, quod cum Chovnradius | nobilis de Roeselinchon contulisset monasterio montis angelorum predium quod habebat in uilla Vinstirse, ob reuerentiam gloriose uir- | ginis matris crucifixi, et in remissionem peccatorum suorum, cum omni proprietate possidendum; et cum iam dictum monasterium predium | prenotatum longo tempore libere possedisset, tandem propter commodum et utilitatem monasterii prelibati, Heinrici abbatis, et totius conuentus, | qui tunc erat, accedente consensu cum abbate Widone de Capella, et conuentui eiusdem loci, pro predio in Vinstirse pre-taxato aliud predium, | quod erat monasterii in Capella, apud Gundoltswile nomine concambii fuit libere collatum monasterio montis angelorum sepedicto. | Facta autem mutatione huiusmodi firma et rata sicut adhuc est coloni predii in Vinstirse Volricus, Waltherus, et soror eorundem u- | na cum Heredibus et filiis, qui iure aduocatie ad nos pertinebant, in dicto predio ius hereditarium habere putantes, dicebant | se contra iusticiam gravatos; sed cum ad probandam hereditariam possessionem iidem peruenissent, post multa placita tandem in testimo- | nio hominum ecclesie montis angelorum defecerunt. Quare timore dei postposito postmodum eidem monasterio dampna grauia in- | tulerunt. Cum autem contra predictos Volricum et Waltherum ab abbate et conuentu pretitulatis querimonia sepe et sepius coram nobis deposita fuisset, | nos ad ultimum de uoluntate abbatis et conuentus montis angelorum, nec non et predictorum hominum talem statuimus compositionem, quod mona- | sterium prelibatum dictis hominibus pro inpetitione et inquietatione huiusmodi X. libras turicensium, et uaccam unam persoluat, ita tamen quod si | dicti homines vel heredes eorum prefatum monasterium de cetero uexauerint, nos Petrus de Hunaberc et Heinricus minister noster presen- | tabimus nos apud Zvge nomine obstagii,

inde nullo modo recessuri, nisi eidem monasterio fuerit satisfactum. In cuius rei testimo- | nium presentem paginam fecimus Abbatis de capella, Volrici nobilis de Snabelburc, et H. militis de Heidecke sigillorum munimine | roborari. Acta sunt hec ante ecclesiam Chamo, anno incarnationis Domini M. CC. XL. multis presentibus, quorum nomina subnotantur. | Waltherus et Petrus filius eius de Hunaberc, Heinricus abbas et N. capellanus suus de capella. Heinricus et Chovnradius prepo- | siti de monte Angelorum, Wernherus plebanus de Metmostethen, Rovdolfus plebanus de Chnovnowo, Heinricus miles de | Heidecke, Heinricus de tvotwile, Ovlricus et Purchardus de Chamo, et alii quam plures.

Das Siegel des Abts von Cappel fehlt.

3.

1240.

(Archiv Engelberg.)

Ruodolfus dei gratia comes de Rapreswile universis presens scriptum inspecturis salutem et rei geste noticiam. Quoniam singulis fragilis | est memoria nec rerum turbe sufficit adhibita sibi remedia scripturarum ne lites iudicio vel concordia terminate in recidive con- | tentionis scrupulum relabantur. Noverint igitur universi tam presentes quam posterii, quod cum Chuonradus nobilis de Roeselichon con- | -tulisset monasterio montis Angelorum predium quod habebat in villa Vinstirse ob reverentiam gloriose virginis matris Crucifixi | et in remissionem peccatorum suorum cum omni proprietate possidendum et cum jam dictum monasterium predium prenotatum longo tempore pos- | sedisset libere tandem propter commodum et utilitatem monasterii prelibati Heinrici abbatis et tocius conventus qui tunc erat accedente | consensu cum abbate Widone de capella et conventu ejusdem loci pro predio in Vinstirse pretaxato, aliud predium quod erat mo- | nasterii in capella apud Gundoltswile nomine concambii fuit libere collatum monasterio montis Angelorum sepe- dicto facta autem | mutatione hujusmodi firma et rata sicut adhuc est coloni ejusdem predii in Vinstirse videlicet Chuonradus et soror ejusdem cum filiis | suis, Volricus Holzach et fratres sui una cum Heredibus ipsorum, qui de nostra familia esse dinoscuntur, in dicto predio Vinstirse ius | hereditarium habere putantes dicebant se contra

iusticiam esse grauatos; quare sepedicto monasterio dampna grauia
 et molestatio- | nes multimodas intulerunt. Cum autem abbas et
 Conuentus dicti monasterii se sentirent indebite grauatos, super
 huiusmodi grauamine co- | ram nobis deposuerunt querimoniam.
 Nos igitur nolentes talem vexationem et inpetitionem sustinere, de
 voluntate abbatis et Conuentus | sepefati, nec non et Hominum pre-
 dictorum litem eandem taliter statuimus decidendam, quod Abbas
 et Conuentus montis Angelorum C. et sorori sue, et | filiis eiusdem
 daret pro impetitione tali. xiii. libras et x. solidos, Volrico uero
 Holzach et fratribus eiusdem xxx. solidos, ita tamen, quod si iidem |
 de cetero uel sui heredes dictum monasterium vexauerint, ipsi uobis
 ad summam xx. librarum singulariter persoluendam sunt obligati, et
 nos | pro dampnis si qua fuerint illata a dictis hominibus uel eorum
 heredibus, teneamur monasterio Montis Angelorum respondere et
 satisfacere. | In cuius rei testimonium presentem paginam fecimus
 sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec apud urbem Ra-
 pretswilere an- | no domini M. CC. XL, multis presentibus, quorum
 nomina subnotantur. Rvodus comes de Rapretswile, Heinricus
 plebanus, Heinricus | prepositus de Monte angelorum, Hermannus
 minister, Johannes ab dem Berge, Chvonradus, Uolricus Holzach,
 et fratres sui de Vinstirse, | et alii quam plures.

Auf dem Siegel sind noch die drei Rosen kenntlich.

4.

1240, 16. Weinmonats.

(Deutschhaus Hitzkirch, jetzt R. Staatsarchiv Stuttgart.)

R. et H. comites de Habespurc vniuersis quos scire expedit
 in uero salutari salutem. Omnis litigandi occasio | et calumpniandi
 materia posteritati tollitur, si facta de digna memorie scripturarum
 commendantur. Noverint igitur tam | presentes quam posteri, quod
 nos debita pietate moti in remedium anime patris nostri duos mansus
 hoc est reditus | duarum marcarum argenti in villa shernitz qui
 quondam. D. pincerne titulo pignoris fuerant obligati, in subsidium
 terre sancte domui Theutonice legauimus libere et quiete possiden-
 dos, nullo nobis jure aduocatie uel alio aliquo retento in eisdem.
 Testes qui his interfuerunt sunt hii. H. et H. comites de Kiburch.
 Vol. nobilis de Balbe. H. de Tufinstein. H. de Brutinsseldon. H.

de Balwiler. miles. D. pincerna. Vol. frater suus. C. Bosselere. B. de nuhsperc. A. dapifer. J. scaler. Ad conseruationem huius rei et robur in posterum valiturum presens scriptum Sigilli nostri munimine decreuimus roborare. Ego H. quia proprium sigillum non habui, Sigillo R. fratris mei sum contentus. Acta sunt hec in brugge in festo sancti galli. Anno gratie. M. CC. XL. Indictione. XIII.

Der Rand des Reiter-Siegels Rudolfs ist abgebrochen.

5.

1246, vor 30. Jänners.

(Archiv Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Quia vita humana vaporem ad modicum parens, tutum est vt acta temporum litteris perhennentur. | Notum sit igitur presentibus et posteris, quod ego Mahtildis relicta bertoldi de Ibach omnia bona mea | que in immobilibus in Swites et in Mvothahtal possedi, ecclesie in Hohenrain contuli tali pac- | to, vt sine typo vel mora in festo beati Martini singulis annis V. libras mihi persolvere non postp- | nant. | Insuper promiservnt plena fide, vt domus illa que iuxta dictam edificata est ecclesiam, nobis pateat | si quando libuerit nobis inibi habitare ivste et honeste sine scandalo domus et iactvra. | Vt hec stabilia perseverent, sigillo H. Wandelbari religiosi de Wet- | tingen | ¹⁾ hanc paginam fecimus roborari.

Das Siegel fehlt.

6.

1247, 17. Jänners.

(Archiv Engelberg.)

Nouerint vniuersi hanc litteram inspecturi, quod ego Gerardus | nobilis de rivmlingen contuli viris religiosi de monte angelorum |. ii. lvnares in villa riuennacho cum omni vtilitate et sine contra- | dictione vxoris mee et cum manu filii mei rodolfi et omnivm | pue- | rorum meorum. Et vt hoc ratum et firmum permaneat, presentem | paginam sigillo meo roboravi. Testes autem hujus rei: dominus H. de | schivphon, et Vol. de Mosburch, et H. de Zivrich, et Chuo-

¹⁾ Dieser ist Graf Heinrich von Naprechtswile, der Stifter Wettingens, welcher dort am 30. Jän. 1246 als Klosterbruder starb.

noni | de essche, et H. de buhse Militis. E. de Zivrich, Waltherus de Gysenstein, Johannes de buholz, G. de buholz et alii quam plures. Acta | vero anno ab incarnatione domini. M. CC. XLvii. Xvi. Kalendas | Februarii.

Das nette Siegel hängt etwas gebrochen.

7.

1257.

(Archiv St. Urban.)

Quoniam que geruntur in tempore de facili naturam temporum immutantur, nisi literarum apicibus commendentur, Solent prudentes facta sua literarum testimonio mediante ad suos posteros destinare. Hinc est quod ego Ruodolfus de Palma vir libere conditionis, communicato consilio ac consensu uxoris mee et omnium heredum meorum, pro remedio anime mee ac omnium parentum meorum contuli ecclesie Sancti Urbani, Ordinis Cisterciensis, annuos redditus quatuor Marcarum sitos in villa que Wangen nuncupatur, quos ab eisdem religiosis recepi pro libra cere ad vitam meam et uxoris mee predicte ecclesie Sancti Urbani in testimonium donationis facte annis singulis persoluenda. Post obitum vero meum et uxoris mee dicta Eleemosyna, non obstante alicuius contradictione, libere transibit ad Monasterium prelibatum, ad usus conventus ipsius monasterii fideliter expendenda, ita scilicet quod singulis annis in quadragesima omni die existentibus in abbacia ministretur unus allec cuilibet Monacho et converso. Igitur in Vigilia Pasche, quia tunc maius gaudium esse debet omni fideli, utpote de fratre nostro Domino scilicet Jesu Christo qui mortuus fuerat et revixit, volo ut ipso die album vinum, albus panis ac pisces recentes sufficienter administrentur generaliter conventui sepedicto, quatenus taliter recreati in azimis sinceritatis et veritatis divinis laudibus jucundius valeant insudare. Si vero hec ordinatio tempore procedente ab aliquo provisorum sepe memorate domus fuerit neglecta vel modo quolibet perturbata, prefata domus meis heredibus in sex marcis obligabitur inconcusse. Testes vero qui huic donationi interfuerunt sunt hi, scilicet Heinricus de Gruenberg, Conradus de Wedischwyl, Wernherus de Rūthi Nobiles. Wernherus Sacerdos de Tunstetten ordinis Sancti Johannis, Volricus de Gruenberg, Volricus cellerarius, Wernherus cantor Monachi. Johannes cellerarius ipsius Domini R. de Palma, Hugo

de Walterswil, et alii quam plures. Ne autem super premissis aliqujus dubitationis scrupulus seu materia valeat suboriri, presentes literas meo ac Venerabilis patris Domini Abbatis Lutzellensis, Magistri de Tuncstetten Ordinis Sancti Johannis Sigillorum feci munimine communire. Actum Anno Domini Millesimo cc. quinquagesimo septimo ¹⁾).

8.

1261, vor 24. Herbstmonats.

(Staatsarchiv Bern ²⁾).

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis! Quod Nos Abbas et conventus Montis Angelorum totam terram | nostram in Ruvennacho iuxta Worwo, que soluit annuatim triginta solidos, permutando tradidimus | Religiosis in Christo... Preposito et conventuj ecclesie Interlacensis, pro terra in Gundolschaf prope Willisowa, que cum alia, quam | ibidem habebant, soluit annuatim XVII. sol. superaddentes nobis pro majoritate census, quem ipsis dedimus | quinque libras. Renunciantes legi constitutioni privilegiis inpetratis vel inpetrandis super hiis sev cuilibet | defensionis, per quam dicta permutatio possit aliquatenus impediri vel etiam retractari. Ad cujus facti Robur dictis Interla- | censibus presens scriptum dedimus sigilli nostri munimine Roboratum. Datum Anno domini M. CC. LXI. Indictione Quarta.

Das Sigel am Pergamentstreif, rund, v. terra sigillata.
Umschrift: † S. ABBATIS . . . MONTE. ANGELORVM.
Maria mit dem Kinde, zur rechten Seite ein Bischof knieend.

9.

1261.

(Archiv Engelberg.)

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos.. Prepositus et Capitulum ecclesie Interlacensis terram nostram | in Gundolschahp prope Willisowe, que cum alia quam ibidem habemus soluit annuatim xvij. ß. permutando tradidimus Religi- | osis in Christo.. Abbati et conuentui Montis Angelorum; pro terra tota quam habebant

¹⁾ Dieser Brief ist nur noch in Abschrift vorhanden, und zwar in dem I. Acten-Bande, Fol. 346.

²⁾ Mitgetheilt von Herrn Staatschreiber M. v. Stürler.

in Ruvennacho iuxta Worwo, que | soluit annatim XXX. s. libere deinceps possidendam, superaddentes in dando pro maiori- tate census quinque libras. | Renuntiantes legi, constitutioni, priuilegiis impetratis vel impetrandis super hiis, sev cuilibet defensionis, per quam dicta permu- | tatio possit aliquatenus inpediri vel etiam retractari. Ad cuius facti robur presens scriptum predictis domino.. Abbati et con- uentui dedimus | sigillatum. Datum Anno domini M. CC. LXI. In- dictione iij.

Das Capitelsiegel von Interlachen stellt die Königin des Himmels dar.

10.

1285.

(Deutschhaus Hitzkirch; jetzt K. Staatsarchiv Stuttgart.)

Ich broder N. Chvochli von friburc . . Commendur ze Hilz- hilc, vnt die brodern des selben Huses tvont kont allen den die disen brief sehent | oder lesen, daz wir mit willen vnserz lant Commendurs broder N. han volrich von Gelvingen von gnaden vnt dvr liebun han verluhen | die schopoze schikes, dv dem gottes- huse ze Hilzhilc ze houezinse giltet sehs verteil kernen vnt ein bise- lichez, den cins er davon | sol geben allv iar, vnt daz govteli tal afer, vnt den afer ze Noteshvele, vnt den kleinen cehenden ze Sulza vnt ze den Huseren, mit Hvozehenden, daz er ez haben sol vnt niezen die wile er lebe, vud sol enfene sin erbe daz nach ime han. Gewinnet er ovch fint bi siner elichen wirtin, du sullen erben sin varnde gvot allez, vnt sin wirtin halbez, vnt die broder daz halbe ob er an fint stirbet; vnt stirbet er ane elich wip, vnd ane eliche fint, so erbent vnt besizzent die brodere allez sin gvot varendes vnt ligendes, daz er hat; vnt dar vmbe so besigelen wir ime disen brief mit vnserz huses ingesigele. Des ist gezvic: broder H. der lutprie- ster, vnd broder N. von winterture der priester, broder Jo. von jberc, broder N. ephich, broder Jo. von hvochein, broder H. von Drifetten, broder Hug, vnt H. von allkifon, Ulrich an dem wege, Conrat von Sulza, vnt ander gnouge. Anno domini M. CC. LXXX. V. Daz di war si, so henke ich abpet albret von Mure dvr hette der vor genanten broderen vnt vor genanten olriches von Gelvingen ze eime vrfunde mit ingesigele an disen brief 1).

1) Das Siegel des Abts hängt wohl erhalten, jenes der Commende stark beschädigt.

11.

1293, 10. Aprils.

(Stadtarchiv Lucern ¹⁾).

Omnibus presentium Inspectoribus . beltramus de batorna et paxl Karimanus mercatores et Sotij de moditio siue | de modœtia diocesis Mediolanensis, Notitiam Rei geste . Vniuersitati uestre presentibus inotescat, quod vir strenuus | Guarnerus aduocatus de Baden, yllustris domini alberti ducis austrie per Argoyam procurator, ballas nostras | propter discordiam hominibus vallis de Vre motam per eandem vallem duci vetuit, et sub Interdicto detineri | precepit. In oppido Lucerum . de Inde Interdictum quorundam deuictus, precibus relaxauit . Nos autem pro nobis et nostris | Sotiis Iniuriam, expensas et dampna, que propter hoc subiimus, bona fide sponte Remittimus Integraliter | et expresse . Promittentes quod occasione premissa, nulli burgensium de Locera et dominio ducis subiectorum, aut alii | cuique Grauamen aliquod In rebus et personis, uel mollestia quomodolibet inferatur. Et In ratihabitionem et | Testimonium premissorum presentes Comunis Ciuitatis Mediolani Sigillo petiuimus et obtinuimus roborari. | Nos etiam comune Mediolani ad preces mercatorum predictorum de modœtia Sigillum nostrum presentibus duximus appen- | dendum, pro ipsis et cum ipsis promittentes premissa in euentum quemlibet attendere et seruare. | Datum Mediolani Anno domini . MCCLXXXIII . die veneris . X . die aprillis . Indictione Sexta. |

Das Mailänder = Siegel (ein Stadthor mit 3 Thürmen) hängt unverlezt. Umschrift: MEDIOLANVM.

12.

1294, 21. Jänners.

(Spitalbrüder in Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

In gottes namen Amen. Alle die disen brief lesent oder hoerent, die sollen wissen, dac ich Johans von | Knwtwile, vnd min eliche wirten, Margareta, zwo Schwopossen den man spricht ze dem Obernhof, | die Wolrich Krebsler buwet, vnd min lipding waren von dem Hofe von Honrein, hant vf geben | lidig vnd lere demselben

¹⁾ Auch abgedruckt bei J. C. Kopp, Urk. I. 45.

Huse, vmb vierzehen phont phenninge, die wir enphangen hant von | dem vorgenanten Huse, vnd in vnser Noz geferet. Wir enziehen vns och an disem brieve | alles weltliches vnd geistliches gerichtes, damit wir die vorgeschriben Schwopossen an gesprechen | möchten. Sie bi waren gezüge. Her Rodolf ab dem Huz, Walther basler, Heinrich Koto, Rodolf | vogt, wernher Harder, Peter von Holdern, Wolrich Koch, vnd ander biderbe lüte genvoge. Dac dis | war vnd stete belibe, so geben wir disen brief besigelt mit der Burger Ingesigel von Sursee. Wir | der Rat vnd die Burger von Sursee, durch die bette der vorgenanten Johannes vnd seiner wirtten | Margareton, henken vnser Ingesigel an disen brief ze eime vrfonde. Dirre brief wart geben | do man zalte von Gottes geburte, Tusent, zwei hundert, Münzig vnd vier, an sant | Agneten Tage.

Von dem Siegel ist noch ein kleines Bruchstück sichtbar; der untere Theil eines Mannes mit einem Schilde, und die Buchstaben der Umschrift: ENSIV.

13.

1296, 8. Mai.

(Stadtarchiv Lucern.)

In nomine domini Amen. Reymunt vollin, Leona, Schefanin Fratres de Valetis, et Galwan | de Layolis Mercatores, omnibus presentem paginam inspecturis, Subscriptorum noticiam cum | Salute. Ad precidendam litis future materiam, patere volumus vniuersis, quod nos sub expressa verborum forma, pro pace et concordia suscitanda, omni Actioni, petitioni seu inpeli- | cioni, que Thome et Symonym fratribus de Brvana, aut nobis, contra Consules et vniver- | sitem oppidi Lucernensis, occasione discordie, inter nos con- | junctim vel diuisim habite, aut | eisdem consulibus et vniuersitatibus contra nos seu nostros, de iure vel de facto usque in hec ipsa | competebant uel competere videbantur, hinc inde amicabili composi- | tione prehabita, bona fide et | sponte pro iamdictis Fratribus de Brvana, vice et nomine eorumdem, pro nobis nostrisque Heredibus, | sociis, participibus, ac omnibus aliis personis cuiuscunque loci renun- | ciauimus et presentibus renunciamus | totaliter et expresse, Datis ad hoc dictis Consulibus et vniuersitati ducentis xl. libris denario- | rum | monete vsualis, ad structuram et edificium ciuitatis. Promit- | tentes nos quemlibet in euentum | curaturos et facturos, ne causa

uel occasione dicte discordie seu inpeticionis aut pecunie ipsis |
 ciuibus tradite, prenotati Consules et vniuersitas oppidi Lucernensis
 suis in rebus aut personis | inposterum quomodolibet molestentur.
 Et in testimonium premissorum omnium et Ratihabicionis | effectum,
 presentes Sigillis nostris patenter tradimus communitas. Datum Lu-
 cerie Anno domini M. CC. | lxxxvii. Feria Tercia proxima Ante
 Festum Pentecostes. Indictione viiiij — — —

Nur noch die zwei kleinen runden Siegel des Keymuntz und
 des Leona hängen.

14.

1317, 1. März.

(Archiv Uri.)

Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vni-
 uersis presentes literas inspecturis, gratiam | suam et omne bonum.
 Considerantes Heinricum de Ospental tamquam male meritum et
 irretitum | lese crimini maiestatis, et ob inde non inmerito per
 nos feodis et honoribus esse priuandum, Officium | districtus in
 Vrserre cum vniuersis suis pertinentiis, quod cum ipse tum prede-
 cessorum sui in feodum | ab Imperio tenuerunt seu debuerant ha-
 buisse, eidem suisque heredibus auferimus, immo ablatum | esse
 potius publicamus, et Chuonradum de Mosen, qui nobis, Imperio,
 Reique publice fructuosa | inpendit obsequia, et inpendere poterit
 in antea gratiora tamquam fidelem vasallum Imperii, de predicto |
 officio cum vniuersis attinentiis infeodamus; Precipientes districtius
 vniuersis eiusdem officii | hominibus, vt dicto Chuonrado et non
 alteri obediant vel intendant in quibuslibet licitis et | consuetis. In
 cuius rei euidenciam presentes sibi dedimus majestatis nostre Sigilli
 munimine | roboratas. Datum Monaci, Kalend. Marcii, Anno domini
 Millesimo Trecentesimo Sep- | timo decimo, Regni vero Anno Tercio ¹⁾.

Das königliche Siegel hängt noch zur Hälfte.

15.

1317, 1. März.

(Archiv Uri.)

Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Notum
 facimus vniuersis, quod dilecto nobis Chvonrado | de Mose et here-

¹⁾ Mehrfach unrichtig abgedruckt bei Tschudi. (I. 281, a.)

dibus suis Advocatiam in Valle Lyventine cum omnibus et singulis juribus, jurisdictionibus, iudicio, | dominio, honoribus, redditibus, prouentibus, et specialiter Susten et Teilballen wlgariter nuncupat., et generaliter cum | vniuersis utilitatibus et pertinentiis suis, in quibuscumque rebus consistant, et quibuscumque vocentur nominibus ad ipsam Advocatiam | jure vel consuetudine spectantibus, exceptis dumtaxat Theloniis ibidem per nos aliis certis personis concessis, contulimus, | concessimus, et donauimus, sicut jure aut digne id facere potuimus saluis iuribus aliorum; mandantes firmiter et districte | vniuersis et singulis hominibus in predicta terra Lyventine commorantibus, cuiuscumque conditionibus aut status existant, | quatinus supradicto Chvonrado et heredibus et successoribus suis tanquam nostro et imperii ibidem Advocato in omnibus, que hujusmodi advocatie officium respiciunt, parere et intendere debeant et effectualiter obedire. Si qui autem contrarium | attemptare presumpserint, indignationem regiam et penam grauissimum se noverint incururos. Presentium sub nostre | Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum Monaci Kalend. Marcii, Anno domini Millesimo trecentesimo | septimo decimo. Regni vero Anno Tercio ¹⁾.

Das Siegel hängt etwas gebrochen.

16.

1324, 5. Mai.

(Archiv Uri ²⁾).

Ludowicus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri Romani Imperii fidelibus presentes literas inspecturis uel audituris, | gratiam suam et omne bonum. Regie celsitudinis majestas ad laudem bonorum vindictamque malorum diuinitus collocata, et si cunctos maleficos | persequi teneatur, quia reipublice interest, ne crimina remaneant impunita, illos tamen dignissime persequitur, et punit penis debitis | et condignis, qui crimine immaniori veluti perduellonis seu lese maiestatis non tam inprouide quam temerarie implicantur. Hinc est quod communi- | cato consilio Principum et consulum nostrorum ac aliorum fidelium nostrorum deliberauimus, decreuimus, et declarauimus, omnes Curtes, iura, et | bona ducum

¹⁾ Unrichtiger Abdruck bei Schmid. (II. 216.)

²⁾ Mit vielen Fehlern bei Tschudi I. 300 a.

austrie et aliorum aduersariorum nostrorum et Imperii, sita et posita in vallibus Switz, Vra, et Vnderwalden, seu locis aliis contiguis | et vicinis. cum hominibus, iuribus, et pertinentiis et aliis vniuersis, ex eo quod nobis et Imperio temerarie et improuide aduersantur, crimen lese maiesta- | tis incidisse publice dinoscuntur, et in eadem pertinacia solita adhuc intrepide debachantur, tanquam ipso iure confiscata ad nos et ipsum Imperium | esse deuoluta totaliter et addicta. Statuentes et volentes omnimode, vt inantea ad nos et Imperium tanquam ad dominum verum et possessorem dictarum | Curtium, hominum, et Iurium, et ad nullum alium, respectus penitus habeatur. Preterea censuimus et inuiolabiliter decreuimus, quod dicte Curtes, | cum hominibus, Rebus et Iuribus vniuersis, necnon hominibus dictarum vallium et dominia earundem nullo vnquam tempore a nobis et Imperio quouis alienationis | titulo alienari debeant vel aliquatenus seperari, Et quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus, Et mancipia seu homines pre- | fatos ducibus pertinentes sub jurisdictione Imperiali foueantur, nec ipsi obsequia aliqua aliquibus prestare, nisi sacro Imperio permittantur, nostre | gratie sub obtentu, quia eosdem nobis et Imperio libertamus. Ad hec volumus, vt nullus deinceps dictarum vallium inhabitator, Incola, aut homo | quilibet coram ipso duce Leupoldo, suis fratribus, ducibus Austrie, vel ipsorum Iudicibus, Sed in nostro et sacri Imperii Iudicio, et coram nostro | iudice super quacumque causa debeat stare iuri. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrarum declarationis, sanctionis, et decreti paginam | infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire, sicut indignationem Regie potestatis voluerit euitare. In cuius rei Testimonium pre- | sentes conscribi, et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri. Datum in Frankenfurt iij. Nonas Maii, Anno domini Millesimo | Trecentesimo vicesimo quarto, Regni vero nostri Anno decimo. | ¹⁾.

Das königliche Siegel hängt, in der Mitte entzwei gespalten.

¹⁾ Ueber diesen Brief vergleiche J. E. Kopp, Gesch. d. eidg. Bünde, V. 1. 145. 146.

17.

1329, 16. Jänners.

(Archiv Uri.)

Wir Herman von Liechtenberg des Römischen Keyfers Canceler, Dunt kunt allen den die disen gegenwärtigen | brieff ansehen, lesent, oder hörent lesen, Das wir von dem gewalt der vns beuolen ist von dem Hochgebor= | nen vnd vnserm gnedigen Herren Keyser ludwig von Rome, dem besten Manne Johansen von Moß zu Bre in Co= | stnzer Byslum, gelobt haben ze geben hundert Mark gutes silbers Costencer gewicht, vmb die trüm vnd Lie= | bü, vnd die genemen steten dienst, die Er vnd sin vordren dem Römischen Riche getan hant mit bedachtem muot | vnbetwungenlich, vnd vmb die trüme vnd andacht, so er besunder zu dem selben Riche hat. Vnd wan wir im des silbers | bereit ze disen zeitten nüt haben ze geben, So haben wir im vnd sinen erben die vogtne vnd pflegnuff in dem tall | ze Lyuentin In Sant Ambrosyen Byslum gelegen, vnd die Teylballen vnd susten da selbs, von oben hin nider vnd von nider | vff wert dem selben tall, yngesetzt für die selben hundert Mark silbers, mit allen den rechten, nutzen, vnd ge= | machen gewanheiten, gültten, eren, vnd diensten, vnd mit allen iren begriffen, rechten, so zu der vogtne vnd | zu dem ambacht des selben Tals gehöret, also lange bis das der obgeschriben Hochgeborner vnser Gnediger Her= | re oder sin nachkomen an dem Römischen Riche dieselben vogtne von Inen vmb die egenanten Hundert Mark silbers Er= | lidgen vnd erlösen gar vnd genzlich ane sinen vnd siner erben schaden vnd gebresten. Wir wellen vnd gebieten | och vesteklichen allen den Lütten, die in dieselben ambacht vnd vogtne gehörent, das si dem vorgenanten Johansen vnd | sinen erben oder iren gewissen botten gehorsam vnd vndertenig sien, als si irem rechten Vogt von des Römischen | Riches wegen billich sin sullen, vnd das si inen antwurten aller der Recht, So zu dem Ambacht oder der Vogtne | von des selben Riches wegen gehörent, In welen wir den vnd wesen si sien, si sien gefriet oder nüt gefriet; Alle die wile, bis | das der vrogenant von Moß oder sin erben, oder der so disen brieff mit irem willen inne het, des vrogenanten silbers nüt gar | vnd genzlich ane allen iren schaden vnd gebresten von dem vorgeschriben Hochgebornen vnserem Gnedigen Herren Key= |

fer Ludwig von Rome, oder von dem Römischen Ruche gewert vnd bezalt sint. Vnd des ze ainem offennen Brfunde, | vnd zu steter sicherheit, So han wir der obgenant canceler vnser Ingsigel offentlich gehenket an disen brief, der geben ist zu Meylan | an dem nechsten Mendage nach dem achteden Tage des zwelften tages, des Jahres duo man zalt von Gottes geburt | drüzehen hundert vnd nüne vnd zwenzig Jar.

Das kleine runde Siegel hängt; ein Kriegsmann mit Schild und Lanze. Umschrift: † Secretum . Meum . Semper . Serva . (in Abkürzungen.)

18.

1338, 20. Christmonats.

(Archiv Uri.)

Allen, die disen brief sehent oder hoerent lesen, künd ich Johans von Mos Bogt ze Brfern Lantman | ze Bre, vnd vergich vnd verbind mich vnd alle min erben, den erwirdigen vnd geislichen Herren dem Abt vnd dem Conuent von Wettingen, des ordens von Zitels, | das die vorgehenden min Herren die friheit suln haben vnd das gemacht in | dem Huse, da etzwenne Johans Gebze vnd Herman von Nieden selig inne waren | das ir eigen ist, vnd min erblehen, vnd aller miner nachfomen vmb einen ierlichen zins, ein pfunt zinses gewonlicher münze, vnd ein pfunt valles der münz | so in dem Lande ze Bre geng vnd geb ist, ir mulken, das si kovffent, oder inen von | zinse gevallet in dem Land ze Bre, behalten suln in dem vorgehenden Huse | beidü in kelre vnd in spichern, vnz das si das selb mulken von dem Lande | geuertgen mugen, ane geuerde, als vnz har gewonlich ist gesin. Vnd har | über ze einem offenen vrfunde, gib ich der vorgehand Johans von Mos disen | brief besigelt mit minem Insigel. Der geben wart ze Altorf do man zalte | von gottes geburte drizehenhundert vnd drissig iar, dar nach in dem | Achtoden Jare, an Sant Thomans Abende.

Das Siegel fehlt.

19.

1344, 27. Jäanners.

(Archiv Schwyz.)

Allen die disen brief sehent oder hörent lesen, künde ich Rudolf brun burgermeister | vnd wir . . der Stat vnd die burgern der Stat ze zürich, vnd verichen offentlich | vmb die vier vnd zwenzig stuf geltes, so Rudolf Regellis wirtin vf dem hove | ze wangen hat, das wir da gemeinlich haben gelobt, dieselben vier vnd zwent- | zig stuf geltes ab demselben Hove ze ledigenne vnd ze lösenne mit drissig | marken guotes silbers Zürcher gewicht, hinnen ze der nech- sten sant Johans tult ze | Songichten so nu komt, durch das vnserm Herren Graven Friderich von Toggenburg | sin Einse von disem Jare, vnd och hinnen hin entsloffet vnd erlediget werden — — | Leten aber wir des nicht, swas danne unser Herre von Toggenburg oder sin | erben da von schaden nement, den haben wir im globt ab ze legenne ganz- | lich ane alle geuerde. Vnd des ze einem waren vrfunde, so haben wir vnser | Stat Insigel offentlich gehenket an disen brief. Der geben wart ze Zü- | rich an sant könig Karlen abent, Do von Gottes geburt waren drü- | cehen hundert vnd vierzig Jar vnd dar nach in dem vierden Jare. |

Das städtische Siegel hängt, ohne den hl. Exuperantius.

20.

1344, 19. Brachmonats.

(Archiv der Familie Meyer von Schauensee.)

Wir Cuonrat von Gottes verhengd Abbt vnd der Conuent gemeinlich des Goghus ze Mure sant Benedicten ordens in Kosten- zer bistom, Ründen | Allen, die disen brief ansehent oder hörent lesen, das wir einhelllich vnd mit gemeinen rat, dur nuß vnd dur vürsehung meren schaden des vorgenanten | vnser Goghus, hant geben ze kouffende eins rehten kouffes vür lidig eigen, als wir vnd vnser Goghus har braht hant, Dien erberen lüten Ruodolf March- | warz von Gunduldingen, vnd Arnold Schnider von Buochun, zwo garben vf dem friien zehenden der gelegen ist ze Gunduldingen, die vnserm Goghus | ierlich gulden sehs müt dinkeln vnd sehs Müt Habern Luzer mes ze Zinse: vnd zwo garben vf dem egenanten zehenden, die vnserm Goghus och ierlich gul- | ten zehen schilling

pfennigen ze Zinse Zovinger Münz, die der vorgeantent erb waren von vnserm Gohhus. Vnd die vorgeschriben garben han wir inen ge- | ben vmb drißsig pfunt vnd Nün pfunt pfennigen genger vnd geber Zovinger Münz, der wir ouch gar vnd ganzlich von inen gewert sint, vnd | in vnser vnd vnser Gohhus nuß bewendet hant. Wir haben inen die vorgeseiten garben geben ze kouffene mit sölichen gedingen, das sis vnd alle ir erben | vür lidig eigen, als vorgeschriben stat, niessen vnd haben sullen mit allem dem nuß, reht, vnd ehasti, so zuo dien selben garben höret, vnd wirs vnd vnser Goh- | hus har braht hant vnz an disen hütigen tag. Wir loben ouch bi guoten trüwen vür vns vnd vnser nachkomen, des selben kouffes wern ze sinne nach recht | vnd gewonheit des landes, vnd als vorgeschriben stat, vnd da wider niemer ze tuonne mit worten noch mit werken, an geistlichem oder an weltlichem ge- | riht, oder an geriht, da von die egenanten Ruodolf Marchwarz vnd Arnold Schnider vnd ir erben bekümbert oder geschadigot möchtin werden, nu | oder hie nah befeinen weg, vnd alles an geuerde. Vnd das dis alles stet vnd vest belibe, So han wir der egenant Abbt Cuonrat vnd | der Conuent des vorgeantent Gohhus vnfrü eigennen Insigel gehenket an disen gegenwürtigen brief. Der geben wart ze Mure, do | man zalt von Gottes geburt drüzehenhundert Jar, dar nah in dem vier vnd vierzigosten Jare, an dem Samstag vor Sant Johans tag | ze Suniich.

Nur noch des Abtes Siegel hängt — Bruchstück von einem Heiligenkopfe.

21.

1347, 26. Herbstmonats.

(Spitalbrüder in Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Wir Johanna von gots gnaden Herzogin ze Oesterrich, ze Styr, vnd ze Kernden, veriehen | vnd tuon kunt offentlich mit disem brief vmb den stos vnd die mizzehellong, dü | wilent gewesen ist zwischent vnserm lieben bruoder seligen Herzog Rüpolten vnd dien erbern | lüten . . . dem Probst vnd dem Capitel ze Münster, von des Dorfes wegen Brjwil einhalb, | vnd dien geistlichen lüten . . dem Commendur vnd dem Conuent gemeinlich dez Huses ze | Honrein fant Johans ordens anderhalb, von ir Doerfer vnd lüten wegen ze Ruossingen | vnd ze Bürglon, vmb Holzhowe, wunne vnd weide

